

positus Nuhusensis, qui sederat 22 mensibus. Et sequenti anno Emicho prepositus Sancti Pauli in episcopum Wormaciensem fuit electus, qui obiit anno domini 1299.

(Unter Cölestin V.) Item anno domini 1291. Prothi et Jacincti martirum fuit terre motus circa crepusculum in terra ista Renensi, Wormacie et (*hs.: e*) prope.

(Unter Bonifacius VIII.) Hoc tempore et tempore Alberti ducis Austrie, Romanorum regis, quidam Petrus magister in medicinis a comite Henrico de Lutzelnburg pro archiepiscopatu Maguntino domino Baldewino fratri ipsius Henrici comitis obtinendo (*fehlt hs.*) ad papam missus, papa id domino Baldewino tradere recusante, sibi ipsi obtinuit, et ipse magister Petrus factus est archiepiscopus Maguntinus. Pro quo comes contra eum iratus. Sed tamen ipse magister Petrus archiepiscopus postea hoc reconpensavit. Nam Alberto mortuo ipsum Henricum ordinaverat in Romanorum regem eligendum.

(Unter Adolf.) Huius eciam tempore, videlicet anno domini 1294, cecidit maxima nix, qualis unquam visa fuit et duravit quinque ebdomadis. Item anno domini 1297. carrata vini solvit 5 solidos (*hs.: s9.*) Hallensium (*hs.: hll'*) in Wormacia.

(Unter Clemens V.) Huius tempore Ditherus Treverensis archiepiscopus Confluentinos obsedit et subegit¹⁾.

(1329). Et consequenter dominus Baldewinus a capitulo Maguntino pro auxilio contra cives Maguntinos (vocatus est *scheint zu ergänzen*) qui nitebantur infringere libertates ecclesiarum. Quos ipse dominus Baldewinus domavit, opidum quoque Eltevil tunc edificavit ac ecclesiam in Fleirshem incastellavit²⁾. Et tunc monasteria sancti Victoris, sancti Albani et sancti Jacobi per cives Moguntinos tunc omnino fuerunt destructa³⁾. Et sic tandem dominus Baldewinus multis preliis cives Moguntinos artavit⁴⁾.

(Unter Johann XXII.) Hic papa Henricum de Virnberg in Maguntinensem archiepiscopum creavit et mandavit, ne omagia a Ludewico excommunicato reciperet. Quod tamen Henricus Moguntinus non fecit. Nam cum receptus et admissus fuisset multis laboribus, omagia sua a Ludewico contra iuramentum suum recepit.

(Unter Ludwig.) Iste Rudolffus (*hs.: Adolffus*) dux Bavarie, frater Ludewici imperatoris habuit tres filios, videlicet Rupertum preseniorum in Heydelberg, principem astutum, et dictus fuit rubeus dux. Et Rudolffum in Nova Civitate, fatuum. Qui ambo sine prole decesserunt. Et Adolffum, qui filium habuit

1) Dies findet sich so nicht in den Gestis Trevir. Vgl. jedoch Gesta Balduini I, 1: 'restitit et contra Confluentes sibi rebellantes.'

2) Aus den Gest. Bald. III, 7.

3) Vgl. Chron. Mogunt. miscellum, Fontes IV, 367.

4) Aus den Gest. Bald. III, 7.